



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R.D. Iacobi Marchantii, Pastoris Et Decani Covviniensis  
SS. Theolog. Professoris, Rationale Evangelizantivm**

**Marchantius, Jacobus**

**Coloniae Agrippinae, 1661**

Approbatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56372)

## APPROBATIO.

**R**ationale Evangelizantium Authore R. Domino IACOBO MARCHANTIO, Pastore & Decano Couviniensi, in celebri Cœnobio cum Floreffienfi, tum Lobbiensi quondam Sacræ Theologiæ Professore, ad populum Christianum erudiendum, & omnem virtutem promovendum aptissimum est, quapropter bono communi plurimum profuturum censeo, si in lucem committatur. Datum Montibus Hannoniæ.

*Gregorius van der Gheest S.T.L. Ecclesiæ  
Collegiata S. Germani.*

**I**stæ Conciones IACOBI MARCHANTII, quia neque contra fidem, neque contra bonos mores quicquam complectuntur, dignæ sunt, quæ & publicam lucem adspiciant, & piorum uibus deserviant. Dabam autoritate Ordinarii Coloniae, Anno 1641. 7. Septembr.

*Arnoldus Meshovius Lippiensis SS.  
Theol. D. Pastor S. Petri. m. p.*

**H**æc Opuscula Pastoralia de diversis, Authore Eruditissimo D. IACOBO MARCHANTIO, Pastore & Decano Couviniensi in Cœnobiijs cum Floreffienfi, tum Lobbiensi celeberrimis, quoddam SS. Theologiæ Professore, plena pietatis, salutarisque Doctrinæ, ad erudiendum populum Catholicum, & ad omnem virtutem proliciendum aptissima sunt. Quapropter dignissima censeo, quæ lucem publicam videant, ut passim Pastorum ac Concionatorum manibus cum fructu terantur. Datum Montibus Hannoniæ die 28. Mensis Septembris 1647.

*Ioannes de Trieu SS. Theol. Bac. Form.  
Beguinaği Parochus Archiepiscop.  
Librorum Censor.*

**Q**vando, ut reliqua jam in publicum edita, Opuscula Pastoralia Adm. Rev. & Doctiss. Viri ac Domini IACOBI MARCHANTII, nihil contineant, quod sit contra orthodoxam, Catholicam fidem nostram, & bonos mores; placet, ut accedente consensu Ordinarii, ad majorem Deigloriam, & uberiores Lectorum fructum in lucem edantur. Dabam Coloniae Anno 1648. 3. Septembr.

*Arnoldus Meshovius Lippiensis. SS. Theol.  
Doct. Pastor S. Petri m. pp.*

SYMMA PRIVILEGII CÆSARÆ MAIESTATIS.



LEOPOLDVS Divina favente Clementia, electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatia, Slavoniæ &c Rex: Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Wittenbergæ, Comes Tyrolis, &c. Notum facimus tenore præsentium universis, quod cum Nobis Noster & Sacri Imperii, fidelis dilectus PETRUS HENNINGIUS Civis & Bibliopola Colonienfis humillimè exposuerit se Librum quendam: cui titulus Reverendi Domini Jacobi Marchantii Pastoris & Decani Couviniensis Rationale Evangelizantium excudendum dare decrevisse: vereri autem, ne, quod fieri solet, Typographi questus causa, hanc editionem suam imitentur, ideoque demissè Nobis supplicavit, ut indemnitati ipsius consulere atque adversus eiusmodi periculum Privilegio Nostro Cæsareo munire dignaremur: Nosque id genus precibus, uti equitati consentaneis benignè annuendum censuerimus, prout per præsentem annuimus. Idcirco omnibus ac singulis Typographis, Bibliopolis, aliisque quibuscumque librariam Negotiationem exercentibus firmiter inhibemus & vetamus, ne quis prædictum R. D. Jacobi Marchantii Rationale Evangelizantium per decem Annorum spatium, à die quo Nostræ hæc literæ datæ sunt computandum, intra Sacri Romani Imperii Regnorumque & Dominiorum Nostrorum Hereditariorum fines, simili aut alio quovis typo vel forma, sive in toto sive in parte recudere, vel alio recudendum dare, vel etiam alibi impressum vendere, vel distrahere, clam, palam, citra voluntatem & absque ipsius PETRI HENNINGII inscriptis obtenta licentia, præsumat. Si quis verò secus faciendo Privilegium & interdictum hoc Nostrum Cæsareum spernere, negligere aut transgredi ausus fuerit, cum non modo huiusmodi libris perperam quippe reculis & adductis, si quos quidem prædictus PETRUS HENNINGIUS ubicumque deprehensos sive propria auctoritate, sive Magistratus illius auxilio sibi vendicare poterit: de facto privandum sed & pœnâ insuper decem marcarum auri puri fisco Nostro Cæsareo fraudis vindici vendenda, omni spe noxiæ sublata, decrevimus mulctandum uti latius patet in litteris datis Viennæ die quarta Mensis Martii 1661. Regnorum Nostrorum Romani tertio, Hung. sexto, Bohem. vero quinto,

LEOPOLDUS

Vt. Wildericus Baro de Walderdorff m.p.

Ad Mandatum Sac. Cæs. Maiestatis proprium  
I. Walderode m.p.

Prædictus D. PETRUS HENNINGIUS Ius suum supradicti Cæsarii privilegii cessit IOANNI BUSÆO Civi & Bibliopolæ Colonienfi.

RATIO.